

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre IXItemMythologia, Venise, 1567 - IX, 20 : De Momo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 20 : De Momo

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[137\] : De Momo \[et conclusion\]](#)□

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 20 : De Momo](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 20 : De Mome](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 21 : De Momus](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologia

tenest, ac fernet. Cum vero plures Nemeses colerent Smyrni, plures rationes puniendorum impudicorum hominum diuinitus mitti significarent, pro varietate peccatorum & arrogantix cuiusq;. Atq; de Nemesi satis, tunc de Momo iam dicamus.

De Momo,

Cap. XX.

- 10 **M**omus diligentissimus & perspicacissimus operum omnium contem-
plator ac reprehensor, & ipse Noctis filius, ac Somno patre natus fuisse dicitur, vt tradidit Hesiod. in Theogonia. Fabulati sunt hunc Deum nihil quidem ipsum facere solitum, ac exterosum Deorum & hominum opera reprehendere: quippe cum iudex etiam inter Deos Neptunum, Vulcanum, Mineruamq; de artificio contendentes delectus, omnium opera reprehenderit. Nam cum Neptunus taurum effinxisset, Minerva extraxisset domum, Vulcanus hominem formasset, nihil non reprehensione dignum inuenit. Cum ad arbitrium enim eius certaminis ventum esset, ille iudex singulorum opus diligentissime inspicit; atque vt ait Lucianus in Nigrino; *ὁμοῦν ἢ ἰσοψηφίαν τῶν τῶν πρὸς τὴν ἰσοψηφίαν ἀρπύξαι τῶν ἰσοψηφίαν τῶν ἀρπύξαι*, Deum scilicet tauri opificem carpebat, quia cornua ante oculos non proposuisset. vel naturam etiam ipsam accusabat Momo ille Aesopicus, vt ait Aristoteles libro tertio de partibus animalium, quia potius capiti quam harnis cornua taurorum collocaisset: nam si addita fuissent harnis cum totum corpus in vulnera incubuisset, videbantur tauri multo maiori vi percussuri. At in Dialogo de Hæresibus testatur idem Lucianus hominem Vulcani fuisse reprehensum, quia prætermisum fuisset illud, quod maxime oium erat necessarium; q; artifex scilicet non præuidisset quot doli clam in clausis pectoribus pullularent. Nam multo laudabilius opus futurum videbatur si fenestratum pedus fuisset, vt sciri posset quid in animo quisq; strueret, & num mentiretur, an verum diceret. Domum Mineræ reprehendit, vt ait Polychæmus lib. 2. rerum Lyciarum,
- 30 quia non erat facta trufasilis, quæq; posset facile circumagi, si forte malum haberet vicinum. Atq; omnis Momi autoritas deniq; & licentia fuit in operibus, laboribusq; alienis reprehendendis. Nam idcirco *ὁμοῦν ἢ ἰσοψηφίαν τῶν τῶν πρὸς τὴν ἰσοψηφίαν ἀρπύξαι τῶν ἰσοψηφίαν τῶν ἀρπύξαι* Stygius Momo scilicet vocatus est in Epigrammate quodam: quia omnibus & Diis & mortalibus esset odio. Per hæc significare voluerunt antiqui, vt fabulosi figmenti sententiam explicem, nihil esse humanum, nullum neq; bonum neq; malum facinus, quod omnino reprehensione maledicorum & inuidorum carere possit, cum neq; Deus quidem, qui ipse est naturæ fundamentum, optimus ac sapientissimus obtricatoribus carere potuerit. Per hæc igitur significabant aut maledicorum, & uiciorum nullam omnino viro bono habendam esse rationem, aut nihil gloriosum vel honorificum esse aggrediendum. Nam cum illum miserimum omnium esse iudicem, qui potius ad vulgi, & imperitæ multitudinis opinionem, quam ad veram, probitatis, & integritatis rationem se accommodare studeat, iamdiu omnem vulgi loquacitatem & imprudentiam contemnendam esse decreui. Semper enim præclari, & sapientis hominis esse iudicium stulcorum & improbissimorum calumnias magno animo posse parafacere.

NATALIS